

Exercitatio Quarta.

Aurei numeri regressum in contextu solummodo Iuliani Calendarij sub signo & edisserit: Quorum tamen Utrinq; numerorum capita sunt a precedentibus annis, ut referunt puncta sequus characteres Lilianos posita, ordiendae. Postmodum Utrinq; latius quoddam selidum succedit, in quo litterae Dominicales & cyclos O, competentia etiam annis e regione notatis, continentur. Tandem extremum selidum cum rubris characteribus Lilianis 11. maiusculis & 19. minusculis [ut idem author eos appellat] litterarum elementis alicubi repletum, conspicitur, quibus adhaerent puncta a superiore parte, quae annos proxime superiores insinuant, ubi nimirum usus characterum ordiendus. Ad dextram quibusdam in locis duplicata puncta occurrunt, quae Centinarij omitti superioris, illiusq; praecedentis proximi anni, memoratorem innuunt, thinc directi ad sinistram signum +. eiusdem loci reiterationem usurpationis characteris, qui proximum procedit, annunciat, perdurante sic uno Centenario, quem ei ad latus notatus, cum proximo permutatus character, rursus excipit. Ut exempli gratia iuxta annum 6600. ante Chr. signatur M. maiuscula littera, cuius punctum elationem monstrat usum illius a 6601. capiendum, sequitur N. quod incipit 6501. anno, tandem signum +, quo repetitionem M. characteris a 6401. anno ostendit, cui rursus H. a 6301. suo usu succedit, usq; ad 6201. ubi G. orditur. Proxime his characteribus adscribuntur numeri Decennovennales s. Aurei N. concurrentes annis ante & p. Chr. signatis.

Operatio & usus huius Tab. D. principalis, consistit in selidijs proximae ad annos Christi positae, ubi initia annorum mutua, appellatis mensium diebus, alterius in altero, iuxta vicissitudinem recensentur. Cum illis diebus appellatis, ingredienda est Tab. E. mensura & diurna, eaq; in suprema linea rubra quaerenda, Ubiq; ea reperiuntur, inde descendendo dies mensium a Ianuario sequentium, quibus reliqui menses aut Gregoriani aut Iuliani Calendarij ordiuntur, ordine sunt expressi. A capitibus istis mensium, intrando quodvis Calendarium, sequentes dies quibus respondeant diebus alterutro qualitatibus, facile inquiruntur. Et quamvis annus propositus ante aut post Christum non notatus videtur, idem est si ipsius loco proximi superior in aetate Mundi, i. e. ante Christum maior & post minor, substituat. Cuius rei sequens habendum exemplum. Posuimus supra annum creationis Mundi 3971. ante N. Christum, hic cum non extet in ordine numerorum Tab. D. vice illius sumitur 4100. a quo versus sinistram 2. dies Februarij signatur, quo Gregoriani anni initium in Iuliano Calendario coepit. Vicissim ad latus dextrum 30. dies Nouembrijs scribitur, quo scilicet Iulianum anni initium in Gregoriano Calendario tum temporis collocabat. Perdurantibus hisce anni capitibus, inde ab anno 4100. usq; ad 3900. ante N. Chr. quo Gregorianum initium in 1. Februarij regressum, Iulianum vero in 1. Decembris progressum perperrauerat. Cum 2. Februarij ingressu in Tab. E. facto, quo in Iuliano Calendario, Calendarum Ianuarij Gregorianae initium fecerant, consequenter 5. Martij calendarum Februarij & 2. Aprilis cal. Martij 2c. initium sumptorunt: Hinc in 22. Aprilis Iuliani ceciderat 21. Martij Gregoriani, ubi Aequinoctialis dies fundatur. Calculus Astronomicus idem Aequinoctium in latente 21. Aprilis & H. 57. l. P. ante Chr. 3970. anno collocat, quod tempus in curriculum 22. diej ab occasu O in meridiano Hierosolymitano cadit, consonante hoc loco Calendario Gregoriano, in quo etiam nunc temporis Aequinoctium reperitur. Dehinc 20. dies Octobris Iuliani cadit in 18. diem Septembris Gregoriani, Utrinq; hic ab F. ibi a C. facta 4. & pro creatione Luminarium exposita. Postmodum cum 30. Nouembrijs ingressu in Tab. E. facto, ubi cal. Ianuarij Iuliani in Gregoriano Calendario exordium constituerant, calen-